

magistra paupertas cruciat quousque
[illegible] rectitudine perducat. Sed
[illegible] omnibus inter nos et vos chaos
magnum firmatum est, ut hi qui volunt
ad vos transire non possint, neque
inde huc transmeare. Qua in re
valde querendum est quomodo dicatur
hi qui volunt ad vos transire non
possint. Quia enim hi qui in infer
no sunt ad beatorum sorte transire
cupiunt dubium non est. qui vero
in beatitudini sorte suscepti sunt
quo pacto dicit quia transire [illegible]
qui in inferno cruciantur volunt.
Sed sicut transire reprobi ad elec
tos cupiunt, id est ad supplicii suorum
afflictione migrare, ita ad afflic
tos atque in tormentis positos tran
sire iustorum est mente ire per misericor
diam, et velle liberare. Sed qui volunt
de beatorum sede ad afflictos atque in
tormentis positos transire non possunt.
quia iustorum animae etiam si miser
eri vellent, iam tunc non possunt.
Quamvis in sue nature bonitate
misericordiam habeant, iam tunc auc

3. Heidelberg, Universitätsbibliothek, Hs. 3298,1 Nr. 9v